

Q V E S T I O N V M S V P E R D E V T E R O N O M I V M

Gnit hora & nūc est, quādo veri adoratores adorabūt patrem in spiritu & veritate. Nā & pater tales quærit qui adorent. Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Medium ergo se dixit Moyses non inter dei substantiam & populum interuallo aliquo loci: sed quia per eū placuit populū audire cætera dei verba posteaq̄ vehementer est territus, audita de medio ignis voce dei dicentis decalogū legis. Sed merito queritur quomodo accipiuntur hæc verba Deuteronomij dicente Moysē, Et ego stabā inter deum & vos in tēpore illo annūciare vobis verba domini, quoniam timuistis à facie ignis & non ascendistis in montē dicens, Ego sum dominus deus tuus: & cætera. Quæ iam verba dei sunt quæ decalogus continet. Quid ergo vult quod addidit, dicens: Si enim putauerimus hyperbaton, vt ordo verborum sit, & ego stabam inter deum & vos in tēpore illo annūciare vobis verba domini dicens, Ego sum dominus deus tuus: non erit verum. Non enim hæc verba per Moysen populus, sed de medio ignis audiuit. Qd̄ cū sustinere non posset auditū decalogi, postulat ut per Moysen cætera audiret. Restat ergo vt quod positum est, dicens: pro eo positum intelligamus ac si esset, cū diceret: vt iste sit sensus, Et ego stabā inter deū & vos in tēpore illo annūciare vobis verba domini: quoniam timuistis à facie ignis & non ascendistis in montē, cum diceret, Ego sum dominus deus tuus: vt subaudiatur, cum diceret vtiq̄ dominus. Cū enim hæc verba diceret dominus, quæ consequenter ex decalogo cuncta cōmemorat: tūc timuit populus à facie ignis, & non ascendit in montem, & rogauit vt per Moysen potius verba domini audiret. Quæ verba Moyses cōmemorat in Deuteronomio dicta sibi à populo, cum audire iam nollet vocem dei, sed per eum peterent sibi dici quæ dicebat deus: id est, ecce ostendit dominus deus noster nobis gloriā suam, & vocē eius audiuius è medio ignis: & cætera. Nō eadem prorsus legūtur in Exodo, vbi primū narrata sunt quæ modo repetitū. Vnde intelligamus, quod aliquoties iam cōmemorauimus, non esse in mendacio deputandum, si alijs quibuslibet verbis eadem voluntas manifestatur, propter Euāgelistarum etiam verba, quæ ab imperitis & calumniolis tanquā repugnātia reprehendūtur. Neq̄ enim magnum erat Moysi attendere quæ in Exodo scripserat, & eisdem omnino verbis illa repetere, nisi pertineret ad sanctos doctores nostros hoc ipsum in sinuare discentibus, vt nihil aliud in verbis loquētium querant nisi voluntatem, I propter quam enūciandam verba instituta sunt.

XI. Quid est qd̄ ait Moyses dictum sibi esse à domino de populo Hebræo, Quis dabit esse sic cor eorum in eis, vt timeant me, & custodiant mādāta mea? An hic iam vult intelligi, gratia sua concedi hoc beneficium vt sit in hominibus iustitia dei ex fide, nō quasi prīa velut ex lege. Hoc enim per Prophetā significat dicens, Auferā eis cor lapideū, & dabo eis cor carneū. Qd̄ ppter sensum dictū est, quæ caro habet, & lapidē nō habet, verbo vtiq̄ trāsato. Hoc ipsum & alibi dicit, Ecce dies veniunt dicit dominus, & cōsummabo super domū Israel & super domū Iuda testamentum nouum, non secundum testamētum quod disposui ad patres eorum in die qua apprehendi manū eorum vt educerem eos de terra Aegypti: quoniam hoc est testamētum quod disposui ad eos: post dies illos, dans leges meas in cor eorū & in mēte eorum superscribam eas, & iniquitatē eorum & peccatorū eorum nō memoro ero amplius. Hic enim discernit nouū testamētum à veteri, quod in veteri data est lex in tabulis lapideis, in nouo autem in cordibus, quod fit per gratiam. Vnde & Apostolus dicit, Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib⁹. Et alio loco, Ideo nos nos, inquit, fecit ministros noui testamenti, nō

literas sed spiritu. Quod ait de domino, Et in nomine eius iurabis: Non ita præceptum accipiendum est quasi iurari iusserit, sed in alterius alicui⁹ dei nomine iurare prohibuit. Melius autem fit si secundum Euāgelium non iuraueris, non quia mala est vera iuratio, sed ne in periurium incidatur facilitate iuradi. Qui enim iurat, non solum verum, sed etiam falsum iurare potest. Qui autē omnino nō iurat, à periurio longe ambulat. Et recordaberis omnē viam per quam duxit te dominus deus tuus in deserto vt affligeret te & tentaret te, & cognita faceret quæ in corde tuo sunt, si obseruabis mandata eius, an non. Hic apertius dictum, quod alibi genere locutionis obscurum est, vbi legitur, Tētat vos dominus deus vester, vt sciat si diligitis eum. Intelligitur enim positū esse, vt sciat: pro eo quod est, vt scire faciat: quomodo dilige dicitur est, vt tentaret te & cognita faceret quæ in corde tuo sunt. Nō enim ait, vt cognosceret: quod quidem si dixisset, intelligendū erat, cognita faceret.

Et scias hodie quia non ppter iustitias tuas dominus deus tuus dat tibi terram bonā istam istam hęc reditare, quoniam populus dura ceruice es. Certe isti sunt qui propterea non meruerunt perire in deserto, quia nescierunt dexteram aut sinistrā. Ecce iam dura ceruice appellatur. Vnde videndum est illud in sacramento esse dictum, non quod istorum merita cōmendata sint. Nam ne quis exalimet subito istos vituperabiles factos qui merito fuissent ante laudati, paulo post eis dicitur, Memor eris ne obliuiscaris quāta exacerbasti dominū deum tuum in deserto, ex qua die existis de terra Aegypti, donec venisti in locum hūc incredulus perseuerastiq̄ ad dominū. Quod si quidā eorum tales erāt, quidam vero fideles & boni, etiam sic non vtiq̄ illis datur terra promissionis qui nesciunt dexteram aut sinistrā, vt hoc sic intelligamus quasi non offenderit dei. Nam & patres eorum qui mortui sunt nec in eandem terram intrare permitti sunt, tales inueniuntur fuisse vt in eis essent quidā etiā boni. Propter quod Apostolus, nō omnes sed quosdam eorum dicit offendisse, in quibus eorum peccata cōmemorat. Similes quippe istos parentibus suis, ita euidentius docet & ipsa scriptura Deuteronomij, & consequenter adiungit dicens, Et in Ore exacerbasti dominum. Vbi certe illi exacerbauerūt qui propter eadē mala merita sua non sunt in terram promissionis industi. In illo tēpore dixit dominus ad me, Excide tibi duas tabulas lapideas quemadmodum priores, & ascende ad me in mōtem: & facies tibi arcam ligneam & scribam in tabulis verba quæ erant in tabulis prioribus quas cōtrixisti, & immittes eas in arcam. Et feci arcam ex lignis imputribilibus, & excidi duas tabulas lapideas, sicut priores, & ascendi in mōtem, & duæ tabulæ in duabus manib⁹ meis. Et scripsit in tabulis secundū scripturā priorem decem verba que locutus est dominus ad vos in mōte è medio ignis: & dedit eas dominus mihi. Non immerito queritur quomodo hæc in Deuteronomio dicantur Moysē recolente & repetēte quæ gesta sunt: cū in Exodo, vbi primū hæc dicta & facta narrantur ita sit scriptum, Et dixit dominus ad Moysen, Scribe tibi verba hæc: etenim in verbis his posui testamētū tibi & Israel. Et erat tibi Moyses in conspectu domini quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Panē non māducauit, & aquam nō bibit, & scripsit in tabulis verba testamēti decem verba. Cum ergo in Exodo ipse Moyses in tabulis decē legis verba scripserit narretur, quomodo hic in Deuteronomio deus in tabulis eadē verba scripserit recolitur? Deniq̄ illud qd̄ in Exodo, cum transeunter tractaremus, & quid nobis in ea differētia visum fuerit literis mandaremus, cur priores tabulæ quæ cōtrixæ sunt, digito dei scriptæ referantur: secundas autem tandiu in arca tabernaculoq̄

XII. Deut. 6.

XIII. Deut. 8.

XIII. Deut. 9.

L

XV. Deut. 10.

M

Ezech. 36.

2. Cor. 3.